Dionysius Carthusiensis: Specula omnis status vitae humanae. Ed: Petrus Danhauser
Nuremberg: Peter Wagner, 28 Jan. 1495 Seite 63



Unde valerius eps in quodā sermōe. Quāuis inquit quis vitā fi
de muniat/sciētia regat. castitate ornet. sobrietate cōponat. nihil ē
qđ in hoie deo placeat. si in toto corpe lingua p murmurosam ꝛ de
tractoriā locutionē displiceat. Igit̃ dilectissimi ne in vanū labore
tis habeatis silentiū in corde ne murmuretis. habeatis silētiū i ore
vt nō litigetis. ¶ Septima ꝛ vltima mala conditio murmuris est,
quia excludit a regno celesti. ad qđ maxime oēs hoies debent suspi
rare. In cui⁹ figura hoc peccatū filios israel transeuntes p desertū
excludit a terra pmissiōis licet pmissa eis multociēs Numeri. xiiij
Oēs qui murmurastis cōtra me nō intrabitis i terrā sup quā leua
ui manū meā vt habitare vos facerē. Sikiter hoc viciū in deserto
religiōis illos qui murmurāt excludit a regno celoꝝ. Gregori⁹. Re
gnū celoꝝ nullus qui murmurat accipit. Deniqꝫ omne fere genus
vicioꝝ i murmure ē inclusū. Nā qui murmurat insinuat se impaci
entē pximū odientē. alioꝝ facta dijudicātē. supbiā habentē. Et iđ
dicit̃ eccł'iastici. x. Vir prudēs ꝛ disciplinatus nō murmurabit cor,
reptus. Quapropter etiā frequēter dr in regula bti benedicti. Añ
oia āmonētes vt sine murmuratōe sint frēs. Ex istis patꝫ breuiter
q̄ꝫ detestādū ꝛ fugiēdū sit oibus subditis murmuratio tā cordis q̄ꝫ
oris contra p̄latos. Et tm̄ de primo mēbro primi nostri pricipalis

Qđ ppria voluntas placeat diabolo. ij. capitulo.

Ixi scđo q̄ ppria volūtas summe placet diabolo. Iuxta
illud ecclesiastici. xviij. A volūtate tua auertet̃. Si p̄stas
aīe tue cōcupiscētias eius. faciet te i gaudiū inimicis tu
is. Vñ eusebius omelia tercia ad monachos instruēdos dicit. Nō
obedire ꝛ post pprias sensualitates ire. ē diaboli facere voluntatē
hoc ē volūtarie sibi etiā in pñti dāpnationē inferre. Nēpe sicut il
le qui p obediētiā pfecte se abnegat ꝛ pprie volūtati plene renūci
at. tot⁹ i holocaustū medullatū dño cōsecrat̃. totusqꝫ volūtas dei ef
ficit̃. q̄ p ysaiā dicit. Vocaberis volūtas mea i ea. sic q̄ pprias volū
tates seq̄t̃ a deo derelinq̄t̃ ꝛ angel' ei⁹. seducēdus pdēd⁹ ꝛ deuorād⁹
a diabolo. E cōtra i li. đ gestis saluatoris. x. dr. q̄ qñ mōach⁹ hūilit̃
ꝛ simplicit̃. cū negata ppria volūtate pficit iussū spūal' pr̄is terret



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-589/0063
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG